



**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

De Sanctorum Festiuitatibus Anni totius, & aliis solemnitatibus - Opvs
Novvum, Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue] Scriptoribus
plenißimum, cum occurentium fidei controuersiam tractatione Editio
Qvinta. Nvnc Demvm Integre Svppletæ, Concionibvs Per Octauam Vener.
Sacramenti ...

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1629

In Festo S. Bartholomæi Apostoli.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56262](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56262)

tione per sepe succurrerit. In huiusmodi ergo afflictionibus ad ipsum confugite, ipse vestrum contagio pestifera grassante sit asylum, ad ipsum quocumque demum pressi morbo cor, vota, preces conuertere: multam quippe apud Deum potest, potentia eius nemini non in terra nota est, homines eum simul & Angeli demirantur. Ipsum ergo qua potestis obseruantia colite, vestra illi summa animi demissione vota offerite, merita & laudes eius passim deprædicate. Inuitat eodem exulceratum quo viuimus sæculum, mundi ætas, in qua versamur, & tempora hæc compellunt, & aer ipse, quem corruptum, infectum, morbis plenissimum trahimus, prægaantissima illius inuocandi, ad ipsum confugiendi, & nunquam memoriæ eiusdem seponendæ occasio est.

Tibi vero, ô beati Roche, Montepessulanorum decus, Galliarum nostræ ornamentum, & totius vniuersi gloria, debitum semper culum deferemus, & quibus tibi deuincti sumus, nomina nunquam non agnosceamus. Tu siquidem miserorum & afflictorum spes, peste laborantium solamen, & omnium morbidorum refugium. Tu, ô gloriose Confessor, totamque illustres morborum curationes fecisti, tot respublicas à contagio asseruisti, à tot locis & regnis pestem effugasti, tuæque potentia tot signis & miraculis orbi innotuit. Perge, obsecro, fidei Dei cliens, ac beate cæli indigena, morbidis auxiliari, misera huic Galliarum suppetias ferre, & natale solum benignis oculis intueri. Ex tunc de tuis nobis fauoribus & donis impertire, quantum vota tibi precesque Galli offerimus, à ceruicibus illorum atrociam diuinarum indignationum flagella auerte, diuini furoris flammam in nos merito accensam exstincturus, obuiam procede, omnipotentis dexteram intercessione tua exarma, & atrocem hanc epidemici morbi virgam, quam tot iam annis in nos strinxit, & quam aeris intemperies & inordinata tempestatum anni volutio toties nobis comminatur, manibus exerce. Noli obsecro, ô magne & supreme afflictorum omnium medicæ, regni huius tutelam ac protectionem,

Bessai tom. 3. De Sanctis.

quam auspiciatus es, deponere; curam quam hæctenus eius habere te tot miraculis & prodigijs demonstrasti, habere perge, precibus tuis sanitatem nobis impetra, impetratamque conserua, nos vero votis ac precibus nunquam nomen tuum in terra extollere, laudes tuas deprædicare, virtutes demirari desinemus, quarum adminiculo factum est, vt cæli gloria & gaudio sempiternò sis donatus, cuius iam quiete possessione perfrueris, & qua donare nos omnes Pater, & Filius & Spiritus sanctus, decurso hoc mortalitatis stadio, dignetur. Amen.

IN FESTO S. BARTHOLOMÆI APOSTOLI.

Partitio.

1. De duodenario Apostolorum numero.
2. De origine S. Bartholomæi, an idem qui Nathanael.
3. De dignitate Apostolica generatim.
4. De eiusdem S. Bartholomæi speciatim.
5. De eius pelle decorticata.

Exiit Iesus in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei, &c. Luc. 6.

FIGURA.

Il lustre profecto & heroicum prorsus opus fuit, adolescentem Iosephum, in filijs Iacob nati minimum ad lasciuam ac libidinem heræ, lenocinijs importune sollicitatum, pallio illius in manibus relicto, fuga sibi consuluisse, quo sic vehemens amoris æstus declinaret, infami adulterio se non pollueret, fidemque heri datam sanctam inuiolatamque conseruaret. Verum summi amoris & animi longe generosioris testimonium fuit, videre hodie sanctum Bartholomæum è Christi Domini discipulis vnum, mundi persecutionibus infestatum pellem suam tyrannorum manibus cedente, ne forte in idololatiam, quæ spiritua-

Vuu bis

lis quadam fornicatio est, prolaberetur, & Iesu Christo Domino suo ac Magistro fidem integram & intemeratam seruaret. Hoc scilicet Ecclesia hodierna festiuitate nobis proponit, & vobis ipse pluribus hoc mane deducere constituit. Vt vero & ipse & vos mecum hac donari gratia mereamini, celestem opem imploremus, & Spiritus paracliti auxilium inuocemus, idque intercessione ac patrocinio Deiparæ Matris, quam hanc ob causam Angeli verbis salutemus, & dicamus omnes:

AUE MARIA.

I. Sanct. Lucas, vnus est quatuor rerum fidei nostræ commentariensibus agens de Iesu Christi discipulis, hoc loquitur modo, *Factum est autem in illis diebus, exijt Iesus in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei, & cum dies esset, vocauit discipulos, & elegit duodecim ex illis, quos & apostolos nominauit, &c.* Nobilis hic & inclytus duodenarius numerus Domino summopere placuit,

Numerus duodenarius Christo qui erat & numerus tribuum Iſrahitarum, gratissimus. & veterum Patriarcharum, è quibus populus Iudaicus prognatus per vniuersas mundi plagas dispersus est, vt scilicet tribuum numerus Apostolorum numerum referret, & tot Christiani populi progenitores ac distributores essent, quos olim fuerant Iudaici. Hinc cum numerum Dei filius permagnificet, & magnam eiusdem rationem habuit.

In Psal. 103. S. Augustinus in Psalmum 103. scribens, aliam rei huius rationem assignat, scilicet Apostolorum duodenarium in quatuor ternarios diuisum fuisse, quod a quatuor mundi angulis, Oriente, Occidente, Septentrione & Meridie, in sanctissima Trinitatis nomine ad Euangelij prædicationem, esset terrarum orbis vocandus, & quatuor per tria multiplicata numerum hunc præclarum constituunt. Idem docet & Venerabilis Beda in Ioannem commentans, *ideo, inquit, quaterni lecti sunt, vt sancta Trinitas per quatuor partes orbis prædicaretur.*

Numerus duodenarius sacer. Numerus hic adeo sacrosanctus & mysticus habitus fuit, vt cum scelerati Iu-

dæ apostasi & morte imminutus fractusque esset, ilico eum suppleri, S. Matthei in locum eius surrogato, oportuerit, ac ne forte postea numerus hic immutaretur, non plures in perfidi locum sunt suffecti, sed vnus duntaxat. Vnde sic Augustinus, *Non frustra duodecim apostolos habere voluit Dominus, & ita numerus ille sacrosus est, vt in lo. Traſſ. 17. cum vnus, qui ceciderat, non posset nisi alter ordi. in Ioan. nar.*

Ceterum augustus hic numerus iam inde Numerus à mundi primordio, plurimis in ipsa natura, Apostolorum aut sacra Scriptura occurrentibus rebus deum varijs signatus fuit. Primo manifestum eius sunt rebus de hieroglyphicis duodecim Zodaici signa, vnus notatus. In enim oculus ille vniuersi totius sol luminis princeps, & motus omnis Dominus, per duodenas hæc constellationes suum mundo lumen & influxus subministrat, ita & iustitiæ Sol Christus per duodecim Apostolos suos veritatis & Euangelij sui lumen orbi communicauit.

Offerunt se mihi in tertio Regum libro 3. Reg. 7. duodecim ingentes boues, qui estoratum a Salomone mare illud aneum dorso subiecto suffulcunt, ac quodammodo gestantibus vero illo: vnus erat situs ac dispositio, terni vt Aquilonem, terni Meridiem, terni Orientem, terni reliqui Occidentem obuersi respicerent, quasi capacissimum hunc luterem ad quatuor hæc climata ferre singuli voluissent. Sunt hi vera ac genuina duodecim Apostolorum imago, qui vt totos & fortes Apostolos quidam boues, animo & ardore pleni, mare denotant Iesu Christi, id est, Baptisum & Euangelium humeris tulerunt, & ad quatuor orbis boues cardines prædicationis efficacia ac robore se aneum deportarunt. Cui figura ad stipulatus Paulus gestantes. Apostolus prædicatores ac præcones Euangelij bobus, laboriosis illis animalibus confert, sic Corinthijs suis scribens, *Non allegabis 1. Cor. 9. os boui trituranti: quo symbolo efficere vult, alendum esse Christi Domini prædicatorem, si quando Euangelij annunciandi gratia fudat ac laborat.* Lib. 4. c. 38.

Doctus & admirabilis ille Irenæus, duo Apostoli denarium hunc, vt & alij, altius rimatus, 12. compaduodecim illos Apostolos dodecastylum firmitati cum 12. mamentum nuncupat, id est, duodecim sustentum

fultum columnis, eo quod Christus Ecclesie suae domum ac fabricam moliturus, duodecim hasce columnas ingentes ac principes prae paravit, quibus tanta tamque illustri molis inniteretur. Unde & ipse Deus, suam voluntatem aperiens, per quendam Pophe tarum denunciat: *Ego confirmavi columnas & fundamenta eius*: loquitur autem de Ecclesia sua.

Iustinus Martyr aliam inventionem procedens auctor sibi est, duodecim nostros Apostolos representari per tintinnabula illa aurea ad imam Pontificiae vestis oram dependentia, cui comparationi verborum addat, sibi persuadet non nisi duodecim illa numero; ad duodenarium Apostolicum denotandum fuisse. Ipsissima eius vobis depromam verba: *Quod*, inquit, *traditum est, ut duodecim tintinnabula e veste Pontificis penderent, simulacrum erat duodecim Apostolorum, qui sicut aeterni Pontificis incensum sunt, quorum voce & oratione terra omnis Dei eiusque Christi gloria & gratia plena est. Ita, ut David ait Psalmo decimo octavo: In omnem terram exiit sonus eorum.*

Illustri hic Martyr Apostolos non nisi tintinnabulis assimilat, equidem bona illius cum venia vastis & ingentibus illos campanis pares esse censeo. Sacerdotes Mosaiicos tintinnabulis similes fuisse haud diffiteor, eo quod sonus ac praedicationis ipsorum longe non diffunderetur, & Iudaeae limites non excederet, intra quos tum Dei nomen duntaxat innotuerat (*Notum in iudaea Deus, in iudaea magni nomen eius*). At Apostoli ingentes sonoraque fuere campanae, in Ecclesiae turri & campanili constitutae, quae tam ingentem dedere sonitum, ut ab vno mundi cardine ad alterum usque, & per omnes orbis angulos sit longe lateque exauditus.

Antiquus ille Tertullianus libris adversus Marcionem alio respiciens, duodecim hosce Apostolos aequalis fuisse ait duodecim illis lapidibus pretiosis, magno olim artificio in rationali summi Pontificis adaptatis, ac mirum in modum collucentibus. Apostolice enim adamantes & hyacinthi rutilantissimi, & infiniti pretij fuere, qui per uniuersam Ecclesiam mirifice resplenderunt: quem illo-

rum fulgorem designans Redemptor, soles illos, faces, ac mundi lucem nuncupavit, *Vos Matth. 5. estis lux mundi.*

Idem auctor etiam aliter sacrum hunc numerum adaptat, vultque Apostolos 12. denotatos per duodecim illa saxa, quae Iordanis alveo educi Iosue praecipit, ut in sacris libris legere est. Nec sane absone: Apostoli namque vere viui quidam ac solidi tum fide, tum doctrina lapides sunt, super quos mundi huius mari ereptos Ecclesia constructa est.

Equidem omnes hasce comparationes Apostoli summo opere demiratus & exosculatus, meam comparati etiam addam symbolam, quam a Tertulliano duodecim aliquo adumbratam modo ipse perficiam. Fontibus in Dico igitur Apostolorum duodecim figu- Elim.

ram fuisse duodecim illos fontes limpidissimos, & exundantissimos, quos filij Israel in Elim repererunt. Ipsi namque haud dubie velut duodecim fuere fontes, qui splendida & uberi sanctimoniae ac doctrinae aqua uniuersum terrarum orbem irrigarunt, & totum Ecclesiae agrum sic eadem fecundarunt, ut fructus effuderit amplissimos. Huc non incite faciet illud Prophetae, *Haurietis aquas Isai. 48. de fontibus Saluatoris*: Sancti enim & gloriosi Apostoli vere viuae fuere scaturigines, & limpidi fontes, e quibus nemo non Seruatoris mysteria, incarnationis eius arcanum, vitae, mortisque eius cognitionem Ecclesiae Sacramenta, & defaecatam Euangelij doctrinam hausit.

Cui rei, dices, longum ac productum hoc exordium duodenarium Apostolorum numero inaedificatum? In gratiam scilicet S. Bartholomaei, qui de hoc numero fuit, & inter Iesu Christi meruit discipulos annumerari: & cuius hodie anniuersaria festiuitate gaudet Ecclesia, & hoc nobis Euangelium praelegit: *Exiit Iesus in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei* Quo omissis, vestra bona cum venia, Auditores, satis hodie mihi fuerit, duos vobis tractatus proponere, primo exponam quis qualisue sanctus Bartholomaeus fuerit, deinde dolo rem, tormenta & cruciatus martyrij examinabo. Aures benignas tantum dare, & mirabilia ad easdem accident.

lib. 4. r.

Apostoli denotati per 12. tintinnabula aurea.

Sacerdotes Mosaiici tintinnabulis similes.

Psal. 75.

lib. 4. contra Marcionem.

Duodecim Apostoli assimilati eodem gemmis in rationale Sacerdotis summi infertis.

II. Magna cir- canomen S. Bartholomaei con- trouersia, & qualis fuerit.

IOAN. 1. 19.

Principio ergo non modica inter Theo- logos ac patres Ecclesiae controuersia est, sed ea & permagni ponderis, & haecenus acriter in utramque partem disceptata, quaerentes, ecquis ille fuerit Bartholomaeus, qui inter duodecim recensetur Apostolos. Multi neoterici ac nuperi scriptores, inter quos sunt Rupertus, Iansenius, Montanus, Ferus, alijque sibi persuadent, eum ipsum fuisse Nathanaelem, cuius Ioannes duobus in locis meminit. Cui scilicet hoc ipse dat elogium Redemptor, *Ecce uere Israelita, in quo dolus non est.* Nathanaelem, inquam, cuius fides tanta fuit, ut ad primum Iesu Christi conspectum, in hanc de illo professionem proruperit: *Tu es filius Dei, tu es Rex Israel:* quibus eum uerbis diuinitatem Iesu Christi detexisse & confessum esse, docent Augustinus, Cyrillus, Beda, Rupertus, & alij nonnulli.

MATTH. 16.

Si Sanct. Petrum ita laudari Redemptor, quod uisus tot iam signis & miraculis, quae ueram quamdam diuinitatem & non nisi perfectam omnipotentiam praeferebant, in hanc Confessionem de Christo Iesu palam intrepideque proruperit: *Tu es Christus Filius Dei ueni.*

Quanto maiorem laudem mereatur Nathanael, quantoque magis admirabilis, qui eandem nullis dum conspectis prodigijs, uel auditis miraculis, ueritatem asseruit, eandem professionem edidit, & eandem abyssum subijt.

Rationes, quib. Bartholomaeus & Nathanaelem u-num eumdemque esse asseritur.

Ceterum qui hanc opinionem ac sententiam propugnant, non leui aliqua ratione uentitantur, sed argumenta, & rationes ad causam huius propugnationem efficacissimas producant, ut eam non omnino improbabilem esse demonstrant: quin & aduersarij hoc ipsi testimonium dant, non temere illos, iniquo ac sine ullo fundamento ad eandem tuendam ruere. sex primarias illorum, quibus potissimum nituntur, rationes producam, quas fideliter hinc inde sparsas, simul hic connectam. Prima sit, Ioannis primo capite Nathanaelis quidem uocatio describitur, non autem sancti Bartholomaei illo quidem nomine; non tamen uerosimile sit illam praeteritam esse; credendum igitur Nathanaelem & Bartholomaeum u-num eundemque fuisse.

naelem & Bartholomaeum u-num eundemque fuisse.

Secunda, cum Apostolorum in Euangelio rexitur catalogus, illi nominatim, qui iunctim, pariterque a Christo uocati sunt, uti SS. Petrus & Andreas, SS. Iacobus & Ioannes, qui una eademque sunt uocatione uocati, simul etiam recensentur, ita & eodem modo SS. Philippus & Bartholomaeus semper pariantur, & combinantur, quasi pariter etiam uocati, Matth. 10. Marc. 3. Luc. 6. Porro cum Philippo uocatus non fuit, nisi idem sit cum Nathanaele, si uero duo distincti essent, uocatio haec suspecta foret: credendum ergo & asserendum hosce duos non nisi u-num constituere.

Tertia, alij Euangelistae, qui S. Bartholomaei meminere, Nathanaelis nullam faciunt mentionem: e contra uero Ioannes, qui Nathanaelem nominat, Bartholomaeum tacet. Cuius reddi rei alia ratio non potest, nisi quod idem omnino sit qui nominetur. Neque enim uerisimile sit, aut Euangelistas alios de Nathanaele nihil penitus scripsisse, imo eius quodammodo oblitos uideri, aut nullam S. Ioannem Bartholomaei mentionem fecisse. Dissentaneum porro uideatur, aut hunc, aut alios tres tam illustri Apostoli nomen silentio inuoluisse.

Quarta, uideatur Ioannes alias Nathanaelem duodecim inter Apostolos annumerasse, capite enim XXI. sic ait, *ostendit manifestauit se iterum Iesus discipulis ad mare Tiberiadis: manifestauit autem se: Erant simul Simon Petrus, & Iohannes, qui dicitur Didymus, & Nathanael, qui erat a uana Galilaeae. & filij Zebedaei. & alij ex discipulis eius duo.* Verba haec Euangelica ad causam huius stabilimentum mirifice faciunt. Cum enim Euangelista hic inter Apostolos Nathanaelem recenset, Apostolus fuerit oportet, & quidem idem qui S. Bartholomaeus, aut tredecim uniuersim Apostoli existierint.

Quinta, Bartholomaeus proprium non est nomen aut particulare ad quempiam singillatim designandum, aut potius cognomen aut appellatiuum, uti & *Bariona*, id est, filius columbae: Bartholomaeus autem tantumdem ualeat ac filius Tholomaei, at e con-

tra Nathanael vere nomē proprium est: hinc Evangelistae promiscue & cōfuse vnum pro altero usurpant, ut ambo non nisi pro vno capiantur, & vnum eundemque designent.

6. *Bartholom.*
amen Sy-
nam.
Sexta, qui peregrinas & sacras callent linguas, norunt *70 Bartholomaeus*, nec Graecum, nec Latinum, nec Hebraicum, sed Syriacum esse nomen, ac notionem eius esse *filium suspendentis aquas*. Et forte is ipse ē Cana Galilaeae fuit, ut cap. 21. tradit Ioannes, & huius ad nuptias Redemptor inuicatus, in quibus aquam in vinum conuertens, eam magno omnium discipulorū, qui in ipsum hac occasione crediderunt, stupore suspēdit. Nathanael vero nomen Hebraeum est & patrium, denotatque *domus Dei*. Verisimile est ergo, si quod ē nomen notione de hominib. ferri iudicium potest, proprium ac verum Apostoli nomen Nathanaelem fuisse, hinc toties, & à trib. nominationem Evangelistis hoc dictum nomine reperiri.

Opinionis ergo huius fundamentis, confirmatione, argumentis & rationibus accurate libratis ac ponderatis confitear necesse est, eam mihi probabilem utcumque videri, & parum abesse, quin eidem subscribam, si quem grauem antiquumque scriptorē aut auctorem haberet, aut Doctores eam veteres Ecclesiae, uti Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, Gregorius, propugnarent. Deinde Rupertus, qui sententiae huius primarium quasi caput & antesignanus est, nō eius mihi est auctoritatis, aut tanti apud Scholasticos nominis, qui sancto Augustino aliisque illustribus Patribus, qui secus sentiunt, & in alia longe concedunt, in hac opinione comparatur, aedum praeferatur. Aecedit quod idem Rupertus formaliter hoc ipsum minime doceat, sed disputationis causa tantum proponat, credatque vti verisimilius, Nathanaelem de Apostolorum numero nequaquam fuisse.

Barthol.
& Natha-
naelem di-
uerfos fuisse
scribitur
hinc est.
S. Augustinus ergo & reliquis sanctorum Patrum chorus opinioni huic refragantes, ad Evangelij mentem conformiter & veritate potissimum nixi docent, Bartholomaeum & Nathanaelem duos diuersos ac differentis conditionis viros extitisse, & postremum hunc nunquam de duodecimario Apostolorum

coetu fuisse, tamen si legis esset Doctor, & inter primarios Synagoga cathedricos non possemus. Et sane Augustin. ipse non aliam *Tract. in*
Nathanaelis inter Apostolos non cooprationem adfert, quam quod legis esset peritus. De cetero autem Redemptor debilia & *Psal. 65. &*
tract. 17. in
c. 1. Ioan.
infima terrae seligere, ut fortia altaque deiceret ac protereret, vti ipsum postea declarat *1. Cor. 15.*
Apostolus, *Infirmam mundi elegit, ut fortia*
quaeq. confundat.

Huic sententiae subscribit & Cardinalis Baronius ad Martyrologium Romanum, S. *Lib. 33. mor.*
Gregorius in moralibus: Petrus de Natalibus *c. 21.*
Episcopus in Catalogo Sanctorum longius paulo digreditur, remque prodidit inauditam, nempe sanctum Bartholomaeum Syrum domo fuisse, & à paterna linea, regis Syriae nepotem, solumque inter reliquos Apostolos sanguine ac familia nobilem, & huius occasione magnam illam inter Apostolos de primatu contentionem disceptationemque ortam, quae Luc. 22. describitur, *Facta est, inquit,*
contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. *Luc. 22.*
Cum enim ē Redemptore audissent ab vno se discipulorum tradendum, sibi confestim persuadebant, proditione hac ad regnū Messiae inuadendum viam sterni, ac neminem ad hanc procudendam conspirationem aptiorem & suspectiorem inter eos videri, quam S. Bartholomaeum, quod regium illi stemma & sanguinis nobilitas ad hanc addere animos, & occasionem suggerere posse viderentur.

Verum omnia haec apocrypha sunt, ac potius ut inania & anxia commenta reiicienda, *Apocrypha*
quam ut pura pura veritas amplectenda: *multa de S.*
Barthol. *sa* porro huic opinioni occasionem & vires *feruntur.*
ipsum Bartholomaei nomen dedit, quod perperam & pronuntiatum, & non prout oportet expositum, filium Ptoemaei regis designare prima fronte apparet, qui sane error & sinistra expositio intolerabilis est, tum quoad nomen, tum quoad rem ipsam. Certissimum est namque, filium illum nec Ptoemaei, nec alterius cuiuspiam Regis aut Principis terreni fuisse, & in Syriaco textu simpliciter *Bartholomaei*, id est, filius Tholmai vocatur. *Io. Ioseph. in vi-*
ta S. Barthol.

Iosephus quippe ille, qui S. Bartholomaei

vitam apud Simeonem Metaphrastem & Suzzium describit, piscatorem fuisse docet, & piscatoria vitam traxisse. Hæc eius sunt verba, *Piscus, inquit, idiotas, & pauperem vitam agebat, & ex piscatore hominum piscator factus est.* In quibus ad ipsa Redemptoris alludit verba, sic Apostolos suos ad se vocantis, *Venite post me, & faciam vos fieri pisces hominum;* quasi diceret: *Mundus hic oceanus quidam est, homines pisces sunt, vos vero destinavi in pisces, Evangelium autem meum sagena erit.*

Marc. 1.
Math. 4.

Omnes Apostoli fuerunt Gallilæi.

Ad hæc, omnia hæc frustra dici videntur, & omnia ex parte mendacium inuoluere: qui enim vel minimum in historijs versatus est, hæc commenta fugillans, facile respondebit, Ptolemæos non in Syria, sed in Ægypto regnasse. Docent insuper Scripturæ sacræ Apostolos omnes Gallilæos fuisse. Actorum siquidem 1. capite dicitur ab Angelis, *Viri Galilæi quid admiramini aspicientes in cælum?* Constat autem ab Angelis hæc ad Apostolos dicta esse, oculis magistrum in cælum sublimem abeuntem prolequentes. Sciebant autem omnes e Galilæa ortos esse, nullum vero e Syria aut alia regione. quin e capite sequenti dicentes Iudæos audies, *Ecce omnes, qui loquuntur, Galilæi sunt.*

Act. 1.

Act. 2.

Ceterum si quis podum in scirpo queritans, mordicus tueri velit, S. Bartholomæum Syrum fuisse, quod Palæstina pars sit Galilæa, & ad Syriam spectet ipsa Palæstina, idem & de ceteris dici Apostolis queat, & Syria illis, non Galilæa in natale solum assignanda, simul etiam Angelos & sacram Scripturam mendacij coarguendo, dicendum foret, *Ecce omnes qui loquuntur, Syri sunt.*

Theod. in prefat. de Gev. Evangel.

1. Cor. 1.

Exod. 10.

Theodoretus in præfatione verit Evangel. dum de legis libris agit, palam asserit, & docte probat, S. Bartholomæum non secus ac reliquos Apostolorum, ne vno quidem excepto, piscatorem fuisse, nunciatque illo potissimum Pauli testimonio: *Ignobisiam mundi & contemptibilem elegit Deus.* Hinc in Exodo præcipit Deus, ut altare illi de terra rudi & impolita construeretur: *Liare, inquit, de terra facietis mihi, & offeretis super eo holocausta.* Si preces illi offerendæ essent, super communia illas saxa, rudia, impolita, insecta & infecta fundi

voluit, *Quod si altare, inquit, lapideum feceris mihi, non edificabis illud de sectis lapidibus.* Ingens hoc erat mysterium, quo simul denotabat, non electurum se homines politos, elegantes & eloquentes, quales sunt Oratores & Philosophi mundi huius, quorum opera in Ecclesiæ regimine ac directione vteretur, sed rudes & idiotas, quales Apostoli eius fuere, & hos inter S. Bartholomæus cæteris non ab-fimilis.

Quæstione hac ergo constituta, & veritatis partibus stabilitis, jam de nostro Bartholomæo addo, præter ea, quæ de eo sancti Evangelistæ scribere, eiusdem insuper meminisse sanctum Dionysium libro de mystica Theologia. Refert quoque Eusebius ad Indos illum concessisse, & assumpto secum sancti Marthæi Evangelio, id ipsum barbaris illis annuntiasse. Multi etiam ante & post Eusebium hoc ipsum de eodem testati sunt, vti Origenes in Genesim, Hieronymus libro de Scrip-toribus Ecclesiasticis, Socrates libro 1. c. 15 & Nicephorus libro 4. histor. capite 32. Addit Iohannes Chryso-stomus, Lycæonios anthropophagiæ asuetos Evangelio ab ore eius audito, ad sobrietatem & temperantiam rediisse.

Hist. l. 1. c. 10

Adeo vt sanctus Bartholomæus, sine ulteriori dubio, vnus e primis duodecim fuerit Apostolis, qui in hoc mundo velut dii quidam minorum gentium, aut potius ceu illustres quidam Angeli apparuerunt, & Evangelij præcones & tubicines, & fidẽ Iesu Christi per omnia mudi climata diuulgauerunt. Vnde sanctus Gregorius de Apostolis interpretatur locum illum e Proverbijs, *Sapientia edificauit sibi domum, id est, Christus Iesus Ecclesiam, excidit columnas septem, id est, instituit in eadem septem diuina Sacramenta, velut septem columnas, misit ancillas suas, vt vocarent ad arcem.* Ancillæ porro Sapientiæ dantur, quod muliebri illa schemate & vultu repræsententur; per easdem tamen, ex sancti Gregorij opinione, Apostoli designantur, cui expositioni fauent Septuaginta interpretes, dum Ancilla loco seruos genere masculio transulere. Sic porro loquitur D. Gregorius, *Misit sapientia ancillas suas, Apostolorum videlicet ancillas, in ipso sui misio infirmas.*

III.

Apostoli tubæ fuere Evangelicæ

In c. 9. Prou.

1. 7. 17. 17.

O in-

O ingens mysterium! emisit sapientia mulierculas impericas, quin & omnium vilissimas & maxime contemptibiles, quales sunt famulæ & ancillæ, ad conuocandos viros ad arcem Ecclesiæ, non vero duces aut principes aut alios bellatores generosos, omniaque exsuperantes, arma tractare, balistas ciaculari, valla perfringere, acies instruere, omnemque mundi potentiam ferro edomare edoctos Erat hoc scilicet Dei propositum, itaque rem hanc moderari voluit, neque enim indigebat negotium hoc armis, nec pugna aut conflictu dirimendum aut componendum erat, sed vnicò Altissimi consilio & sola sapientiæ æternæ potentia, verbo vt dicam, armorum potentia mundum superari aut subijci nequaquam oportebat.

Mirifice sua, vt solet, eloquentia rem hanc exaggerat eloquentissimus Ioannes Chrysostomus: audite perorantem: *Peragravit Apostoli orbem non sicut mouentes, non arcus tendentes, non sagittas mittentes, non pecunias largientes, nec eloquentia confidentes, erant nudi, aculo, sed induti Christo.* Quin & eadem homilia Apostolos vinctores Ecclesiæ, animarum piscatores. Euangelicas turres, religionis bales, peccantium medicos, fidelium duces, Christianitatis doctores, tenet gubernatores, Preſides ac principes iuxta illud, *constituit eos principes super omnem terram* nuncupat, & alijs elogijs honorificis, & epithetis condecorat.

S. Paulus Apostolicam dignitatem exaggerans, & ad summum eam decus & altissimum gloriæ gradum euehens, Apostolos legatos nuncupat & caduceatores Iesu Christi; hinc tam suo, quam aliorum nomine gloriatus ait, *Legatione pro Christo fungimur*, cuius nomine rem Ecclesiæ tractamus, *tanquam Deo e. ho tante per nos.* & per manus nostras operante, nobisq; velut potentia suæ organis & instrumentis vtente.

Idipsum Chrysostomus exaggerans mira loquitur, *Apostoli inquit, munus, res bonis infinitis exundans, gratis omnibus maius, ac dona omnia copulans & benedictiones cælestes.* Vnde efficias licet, Apostolos præ reliquis Sanctis eminere & caput efferre, quacunque demum hi qualitate, gratia, prærogatiua aut

dignitate virginitatis scilicet, aut doctrinæ, quin imo martyrij, effulgeat, vt pote qui maiori plenitudine & copia Spiritus S. acceperint gratiam, iuxta illud Apostoli, *Nos ipsi primitias Spiritus habentes.* in quæ verba Angelicus Doctor Thomas sic scribit, *Spiritum S. et tempore prius, et ceteris abundantius habuerunt Apostoli.*

Ad sublimem hanc dignitatem euectus fuit S. Bartholomæus, & è primis illis fuit fundamentis, de quibus ad Ephesios loquitur Apostolus, *Super ædificati super fundamentum Apostolorum.* & quæ deinde in Apocalypsi vidit & agnouit Ioannes, duodecim videlicet fundamenta Ierusalém de cælo descendentes, quibus duodecim Apostolorum nomina erant insculpta. Et scite notat in superiorem illum Pauli locum D. Thomas, tamen Ecclesiæ fundamenta sint Apostoli, non idcirco illos ceteris inferiores credendos, etsi domuum fundamenta ceteris soleant parietibus esse inferiora. Habet hoc quidem locum in fabricis aut domibus in terra fundatis, sed in edificio, cuius in cælo fundamentum est, vt pote Ierusalém cælestis è cælo descendens, quæ Ecclesiæ symbolum est, fundamenta lapides sunt & altissimi & vniuersæ domui supereminentes: atq; hoc Apostolorum magnitudinē & superioritatem repræsentat. Hæc sunt igitur, Auditores, quæ vobis de S. Bartholomæo, quo ad vitam, profæpiam, mores eiusdem dicta volumus; jam reliquum est, vt de passione, martyrio, ac morte illius, vt facturos nos secundo hoc membro promiseramus, loquamur.

Historiæ contextus & series est huiusmodi. Magnus Apostolus Bartholomæus, dispersione ac diuisione orbis inter Apostolos facta, cum ad Indos barbaros & idololâtricis superstitionibus allucos se contulisset, idolum Astaroth, quod ab omnibus passim ijs in locis stolidè colebatur, ilico in frustra cõmittit. Apud quos cum infinita maximaque diuina ope patrasset miracula, Regis Polemij ibi longe lateque imperitantis filiam à cadæmone obsessam tandem à maligni spiritus vexatione vindicauit: quo portento stupefactus rex & ipse baptismo tingi se est passus, & plurimi subditorum eius exemplo

S. Barthol.
mors &
martyrium
referebat.

ple excitati Christo manus dederunt. Quod
agreferens Atyages Regis germanus, sacri-
ficulorum instigatione, sancto Apostolo ne-
cem molitur: cum ergo comprehensum &
terro clausum carcere dire flagris concidi ius-
sit, flagellatumq; capite interiam obuerso ac
pedibus sublimem cruci iussit affigi, affixq;
etiamnum viuo pellem toto corpore detrahi:
tandem, quod ad summam impietatem ferit-
atemq; requiri videbatur, viro sancto ceruic-
es præscindi imperauit.

Lib. de glor.
orat. c. 43.

Gregorius Turonensis lib. de Sanctorum
gloria Martyrum Apostoli huius pertractans
martyrium, pauculis id verbis complectitur,
Apud Asiam passum S. Bartholomæum, a genis
ipsius narrat historia. Illi vero à veritatis trami-
te non longe abeunt, qui eum in Armenia
mortem oppetiisse voluit, uti Sophronius apud
D. Hieronymum: de mortis eiusdem gene-
re & modo discrepantes sunt auctorum sen-
tentie. Tradit namq; commentariolus Hip-
polyti, quem de Apostolis cōcinnauit, S. Bar-
tholomæum pedibus in altum sublatis, capi-
te in terram deorsum obuerso crucifixū fuisse.
Idem & testatur vitæ huius auctor apud
Metaphrastem: subscribit eisdem & Nice-
phorus in historia. Ferunt alij viuum illum
excoriatum fuisse, & habet hic præcuntem I-
sidorum in vita Sanctorum, capite 177. San-
cti Ambrosii præfationem, vetera Ecclesiæ
monumenta, & antiquam quandam tradi-
tionem.

Lib. 2. c. 35.

IV.

Quæ cum ita sint, certissimum est, quam
perfectissime S. Bartholomæum complese,
quod olim in sua paupertatis professione A-
postolorum Princeps ait, *Ecce nos reliquimus
omnia, & secuti sumus te*: neq; enim bona & fa-
cultates mundi huius tantum deseruit, sed &
veste se, quin imo pelle propria è Christi a-
more spoliari passus est: in quo illud Iobi
adimpleuit: *Pellem pro pelle, & cuncta que ha-
bet, dabit homo pro anima sua*. Iam cuncta quæ
pallidebat & habebat in terra, Christo libens
dederat hic Apostolus; restat pellis, & hanc in
honorem Dei, & animæ salutem libenter gra-
tanterque offert.

Iob. 22

Cant. 1.

In Canticis queribunda ac lamentabili
casum suum voce deplorat sponsa dicens: *In-
uenerunt me custodes ciuitatis: percusserunt me &*

*vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum custo-
des murorum*. Longe maior in S. Bartholo-
mæum à barbaris illata feritas. Longe ipse
crudelius habitus: inuentus enim à tyran-
nis, & in idololatræ manus incidens, im-
manes ab ijs plagas accepit, cruci est affixus,
& insigni quadam cum barbarie corio spolia-
tus.

Eliphaz audito Iobi infortunio & casu, ad Iob. 22.
eum properauit, & adeo eum non est conso-
latus, ut etiam calumnijs eum onerarit, cru-
delitatis accusarit, aliaq; illi crimina obiece-
rit, dicens: *Aquam lasso non dedisti, & esurienti
subtraxisti panem, viduas dimisisti vacuas, & la-
ceros pupillarum comminuisti*, & quod omniū
credit grauissimum, & crudelitate omni cru-
delius, *Et nudus spoliasti vestibus*. O rem nouā
& inauditam! quis audiuit vnquam nudum
aliquem denudari? ecquis vestem auferat nō
vestito? Latet hic insigne mysterium. Nam Crimina
hoc quoad sensum litterarum in sancto Bar-
tholomæo nostro locum habet, & hocce bar-
barie genus in illo exercitum est. Vere enim
denudatus est & spoliatus, tamen nudus fo-
ret, dum propria ab illo pellis, quæ vera natu-
ræ vestis est, & toga propria ablata est. Hinc
non immerito Atyagi tyranno quis illud E-
liphaz obijciat, *Et nudum spoliasti vestibus*,
tum quidem cum leges omnes humanitatis
violans, suam Apostolo huic pellem auferat
iussisti.

Michæas infortunium & calamitatem Is-
raelis deplorans, sic loquitur; *Super hoc plan-
gam & ululabo, vadam spoliatus & nudus*. Hoc
deinde in S. Bartholomæo completum est,
qui conspectus fuit olim in Armenia nudus
ad martyrium properare, imo & propria de-
nudatus pelle. Cuius autem ea est durities &
inclementia, qui hanc immanitatem audiens
non gemat, plangat, & in lugubres ploratus
erumpat, & quis talia spectando temperet à
lacrymis.

Mich. 1.

Equidem dum Martyrem hunc mihi re-
præsentat, & pellem hanc animo obijcio, ut S. Barthol.
taceam horrorem, quem inde totis artibus triplicem
concipio, & qui extremos mihi affert dolo-
res & sensum compassionis incredibilem, mi-
rabiles inde mihi suggeri sentio conceptus.
Quorum hic primus sit, Auctor mihi ipse
sum,

Honora
tempor
pellis S.
tholomæ
amit.

sum, S. Bartholomæum non vnam dumtaxat pellem, sed trinam amisisse, vnam in morte, duas interim dum viueret, & quidem ex Christi amore, cui fidem, eulum, obsequiumque iurarat. Prima quam deseruit pellem, fuit veteris hominis, & turpis conuersationis mundi huius, quam in nouum hominem & in vitæ genus Apostolicum commutauit, secutus in hoc illud Apostoli Pauli consilium, *Exspoliantes vos veterem hominem*: & re ipsa serpentis astum exprimens, qui veterem exuturus pellem per angusta petrarum foramina prorepens, seipsum excoriat.

In huius rei figuram est iustum illud Dei filij Israel datum ianiam Ægyptiaca seruitute egressuris, *sed postulatit mulier à vicina sua & ab hospite sua vasa argentea & aurea, ac vestes, ponensque eas super filios & fratres vestras, & spoliabit Ægyptum.* Capite autem sequenti, cum iam re ipsa iustum essent excuturi, dicitur *dominus dedisse gratiam populo coram Ægyptiis, ut commoedarent eis, & spoliauerunt Ægyptios.* Spoliare autem Ægyptum, allegorice veteris est hominis exuias deponere, vetera concupiscentiæ scrutata & laciniis exuere, cor & affectiones suas penitus denudare, animum ac passionem excoriare, & prauas & molitas consuetudines in meliores commutare. Mirifice hoc illustrabit, quam mox afferam figura.

Leuit. 6. iubetur sacerdos victimam holocausti Deo immolaturus, priora vestimenta exuere, & alia induere: legis verba sunt hæc: *Et ponens iuxta altare spoliabitur prioribus vestimentis, induitque alii offeret eos extra astra.* Ex legis huius præscripto & instituto, sanctus Bartholomæus offerre Deo eundem cupiens totius corporis sui holocaustum, amoris igne succendendum, prioribus se vestimentis exuit, id est, à veteribus moribus se ablaetauit, à vanitatibus sæculi se subduxit, & prauas omnes mundi huius consuetudines deseruit.

Secunda, quam magnus hic Dei famulus pellem exuit, fuit diues & potens bonorum temporalium, & voluptatum vitæ huius pellem, quam reliquit, vt pauperiorem & austeriorem amplecteretur. *Quam vero pau-*

Beesai rom. 3. de Sanctis.

cos hodie reperire est in mundo, qui hoc ritu in Christi gratiam, & proximi salutem se denudant & spoliant. E contra vero quanta eorum est multitudo, qui numquam seipsum, sed alios deglubere & despoliare solent. Non hi ouibus, quæ tam libenter lana se spoliari sinunt, quo eadem alios operiant, sed tortoribus potius sunt per similes, qui maleficos vestibus priuant, quo seipsum conuestiant.

De huiusmodi scelestis bene loquitur vnus de numero Prophetarum: *Audite principes iacob, & duces domus israel, numquid non vestrum est scire iudicium, qui odio habetis bo-* *Mich. 3. Tyranis Principum israel.*
num, & diligitis malum, qui violenter tollitis
pellis eorum desuper ei, & carnem eorum desuper ossibus eorum? qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriarunt, & ossa eorum confregerunt, &c. O verba horrenda! & actum crudelitatis inauditum!

Huiusmodi tyranni & hominum depredatores corniculæ Ætopicæ per similes sunt, quam fabulator ille ab alijs fingit aui- *Populi depredatores cornici Ætopicæ similes.*
bus plumas mutuatam ipsidem in tolerantiorum redditam, sed cum suam quæque repetituram plumam veniret, furtiuis nudata coloribus, omnibus ludibrio & fabula fuit aui- *Terem. 2.*
bus. Ita scelesti hi ab vno pileum, ab alio pallium, ab hoc ocreas, ab illo equos auferentes, & alienis exuijs insolescentes & intumescen- *Terem. 2.*
tes, vbi iam mortis hora venerit, qua deserenda & relinquenda erunt omnia, nudi plane & infames, & confusione coram vniuersis, qui vnquam exstiter, hominibus oppleti apparebunt. Quibus generatim adaptari illud Ieremiæ potest, quod de alio quopiam singillatim dixit; *In alis eius inuentus est sanguis animarum pauperum & innocentum.* Et sane si plumatuli illi aulici & nobiles propius inspicerentur, cristæ pauperum sanguine rubricantes conspicerentur, eas enim vt gestent, ad ossa vsque illos arrodunt, & viuos deglubunt, illorum domos & familias euertendo, & violenter eos bonis & facultatibus spoliando.

Tertia, quam reliquit sanctus Bartholomæus pellem, fuit ipsa corporea, quæ illi in supplicio incredibili cum dolore & inaudi-

XXX

ea se-

Gen. 35.

ta feritate ablata fuit. Restabat hoc scilicet vnum ad ardensimum amorem & perfectissimam virtutem patefaciendam. In Genesi scriptum est, Iacobum Patriarcham, domesticos omnes vnum in locum vocatos de offerendo à se sacrificio certiores eos redditurum, sic allocutum esse, *Abiicite deos alienos, qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mutate vestimenta vestra.*

Allegoria.

Iacob cum vniuersis domesticis ascendens in Bethel sacrificium oblaturus, idola abijci, mundari suos, & mutare vestimenta iubet. Sanctus Bartholomæus noster idem penitus fecisse comperitur, dum in crucem vellet ascendere, atque in eadem seipsum in victimam offerre. Video namque illum omnia mundi idola relinquere & abijcere, honores scilicet, diuitias, ambitionem, vanitates. Deinde tot se ieiunijs, vigilijs, laboribus, austeritatibus, rigoribus & penitentijs mundare & purificare, denique vestimenta mutare, non cordis dumtaxat, sed & corporis, quin imo & propriam pellem, viuum se decorticare sinendo. O patientiam admirabilem! ô cor nimis quam generosum! ô vere heroicum virtutis actum!

Psal. 72.

Si illustria nomina & tituli, quos generosi sibi viri, vitam periculis & mortis discrimini exponendo acquirere, magni semper apud Deum & homines fuerunt, ac apud Deum præsertim, cuius in obsequium sanguinem profuderunt, & tot discrimina & casus interrita mente adierunt, iuxta illud Propheticum: *Et honorabile nomen eorum coram illo*, vel, vt Hieronymus & Heb. æi legunt, *Sanguis eorum pretiosus coram eo*, æquis honor, & gloria, æquod nomen & laudes sancto Bartholomæo debentur, qui tam strenue animoque adeo inuincibili sanguinem profudit, pellem cessit, vitam exposuit, idque in obsequium ac ministerium eius, cuius fidelis erat Apostolus. Hanc solam ob causam sanctus Dionysius Areopagita sanctum hunc Apostolum *mirrissimum* nuncupat, Origenes vero tam sublime eum euehit, sancto Petro eum an sit ob sanctitatem aut vitæ recte institutæ rationem præpositurus, vt ignoret.

Equidem censeo Iobo illum patientia præcelluisse, & maiores illum penes & persecutiones pertulisse: etsi enim Iob virtutis huius fuerit exemplar ac speculum, eo tamen non pettigit, suam vt eum tolli auferrique carneret: maxima namque grauissimaque quæ pertulerat tormenta recensens, magna animi compassione dicebat. carne penitus consummata, solam sibi pellem, ossa superuectientem remansisse, *Pellimæa*, inquit, *consumptis carnis adhaesit os meum.* Verum gloriosus Martyr noster pellem obtulit, & incredibili cum dolore viuus fuit excoriatus. Inauditum sane supplicium, & qua nulla vnquam maior visa, aut in aliquem exercita crudelitas ac barbaries: sed etiam hoc ipso sancti suum erga Deum amoris, & illustre insignis patientiæ suæ dedit testimonium.

Refert Alexander ab Alexandro in varijs suis tractatibus, barbaros, honorem & gloriolam, simul & immortale nomen aucupantes, in virtutis & bellicorum stratagematum notam & fortium factorum insigne, hostium bello profigatorum cutes nepotibus ac posteris relinquere solitos. Vt hanc profano Veteres duntaxat confuerudinem ad gloriam sanctorum ces pelles transferam, dico ad eundem plane modum, hostium gloriosum Apostolum Bartholomæum, qui posteris carnem, sanguinem, ac vitam temporalem debat. semper vt grauissimos hostes habuerat, eum eos tandem subegisset, eos excoriauisset, & propriæ carnis, vt primariæ hostis, pellem & exuias omni Christianorum posteritati velut illustre fortitudinis suæ trophæum, fidei notam & admirabilis erga Deum amoris reliquisset.

Refert Zisca Bohemorum ducem Alciantus, cœcum quidem, iam ad vitæ extremam redactum, cum vix vlla eiusdem longius producendæ spes superesset se excoriari, & detracta pelle bellicum tympanum concinnari iussisse, quod eo audito inimicos in fugam mox agendos diceret, & de hoc ipso elegans auctor hic emblemata composuit. Hoc quidem è yana quadam gloriæ & fastu Zisca fieri mandauit, sed solidam virtutem & verum honorem spirat, Apostolum nostrum, non iam mortuum, sed etiamnum viuum

Patientia
Bartholomæi comparata cum patientia Iobi.

Iob 15.

Lib. 3. 1. 14.

Alciantus in Emblem.

Res notata digea.

exco-

excoriari voluisse, eius autem pellis adeo passim insonuit, vt non terreni hostes, id est, tyranni, sed & tartarei, id est, demones ita ehorruerint, vt vel ad eiusdem conspectum & auditum in fugam ilico compellantur, contremiscant, paueant, & constententur.

Solent athletæ ac pugiles castum ac luctuæ certamen initari, & in antagonista conspectum venturi vestem abijcere, & eadem se quodammodo exonerare, vt hæc vestis depositio in certamine eos expeditos reddat, & palmæ de aduersario referendæ spem faciat. Sic & qui per æstatem graues cæli æstus non ferunt, vestimenta ponunt, & ad vique interulam sese calore fracti dispoliant. Ad horum imitationem sanctus Bartholomæus noster suam & virtutem & animum patefecit; hinc namque aduersus mortem, carnem ac mundum pugnaturus, illinc vero vehementi amoris diuini flamma æstuans, exonerare se voluit, pelle se spoliavit & exuuijs, vitamque propriam exposuit. In quam rem aliquot veteri è Testamento figuras depromamus.

Leuitici primo capite iubet Deus, vt quoties aliquod illi animal in sacrificium offerendum esset, prius illi pellis demeretur, deinde membratim concideretur. Verba textus sunt, *Detracta pelle hostie artus in frustra conident.* In Bartholomæo nostro hoc adimplerum est: Deo etenim est velut hostia & victima gratissima oblatas, ac proinde illi primum pellis detracta. Vere enim pellem dedit, fide & spe plenus, ac certus eam se aliquando resumpturum, idque ad exemplum Iobi, qui medijs in ærumnis hæc se sententia solatur, *Credo quod Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circumdabor pelle mea.*

Cum in Exodo primitias & donaria ad tabernaculi constructionem à populo vniuerso offerenda cregisset Deus, quisque pro facultatibus vltio graterque varia obtulere: hic aurum, argentum ille, alius æs, alius hyacinthum & purpuram & coccum bis tinctum, & abyssum; alij, vt mulieres, annulos & amillas; denique alij pilos capra-

rum & pelles ouium rubricatas & hyacinthinas. Vnde Scriptura addit, *Obtulerunt mente promptissima, atque deuota primitias Domino, &c.*

Iam vero non Tabernaculum Mosaicum, Serui Dei sed Christi Domini Ecclesia construenda e-omnes ad rat, hic omnes omnino sua illi donaria of-Ecclesiæ ferre, & qua poterant ratione illi auxilia-constructio-ri tenebantur. Quapropter omnes eiusdem ac aliquid clientes maxima tum libertate, tum libera-constructio-ritate huc contrulere pro facultatibus singuli, hi aurum charitatis, vt Apostoli, alij spei argentum, vt Confessores; alij æs & metalla, vt Doctores, qui prædicationibus suis altum & elate insonuerunt; illi hyacinthum, & purpuram, vt Martyres sanguinis sui effusione; alij coccum, byssum, & puritatis linum, vt Virgines; non nemo denique pelles ouium rubricatas, sicut S. Bartholomæus, qui velut ouis in crucis medio Deo optimo maximo oblatas, suam illi pellem libens cessit, idque animo quodam heroico & mente deuotissima.

Intuere modo, Christiane, Bartholomæum penitus excoriatum, eius inspicere tormenta, patientiam demirare, animum eius considera, & fiet, vt in tribulationibus leuiter conuiescas, in afflictionibus serenata mente rideas, nec aduersus Deum murmurando insurgas, si quando aduersitatum mundanarum procella ingruit. Ita namque in ea, quæ ad Hebræos est epistola, admonet Apostolus eos, quibus Christi nomine aliqua perferenda calamitas incumbit, *Recogitate eum, inquit, qui talem sustinuit à peccatorib. aduersus semetipsum contradictionem, vt se defatigemini viribus deficientes: nondum enim usq. ad sanguinem restrictis aduersus peccatum repugnantes, &c.* Quasi dicat, Expostulas & quiritabundus gemis, ô homo. quod leues aliquas molestias & aduersitates subeas, an ne vsq. ad sanguinem restitisti? an vitæ discrimen adijsti? an pellem Dei causa cessisti? an Bartholomæi exemplo viuus es excoriatas? Hæc omnia menti obijce, & obmutescere patiens: magnas has ærumnas perpende, & generose tuas perfer.

Iacob, vt greges copioso foetu adolescerent & crescerent, in canalibus, è quibus

Allegoria.

oues bibebant, virgas corticibus denudatas collocauit, vt in eas coniectis oculis oues diuersicoloros & maculosos & coniciperent factus & parent. Vt vero prouidus & sagax hic ouium Pastor diuersas ouibus virgas obiecit, illas integras & cortice rectas, has decorticatas & nudas, vt diuersus & varius hic color ad aquarum motarum vmbra ludens, oues ad similes factus concipiendos inclinaret: ita & nobis, vt diuersis ornemur virtutibus, & omnigenas omnimodasque progignamus, varij Sancti obijciuntur & proponuntur, qui omnibus hisce virtutibus mirifice resplenderunt, alij quidem pelle conuestiti, alij decorticati & corio denudati, vti S. Bartholomæus, vt in eisdem oculos animumque conijcientes, eorumque martyrium spectantes, eandem mente virtutes concipiamus, & similem omnibus in rebus tolerantiam pariamus.

Exhortatio ad imitationem Sanctorum.

Agite dum ergo, Christiani, & pij Auditores, nolite de terrenis hisce nugis amplius cogitare, à mundi vanitate & inanijs oculos auertite, cogitationes à sæculi apinis & tricis abstrahite, & ab eorum prosecutione, & mendaciorum & fatuitatum consecratione affectus declinare. Cor in altum sustollite, animam eiusque facultates sublime eleuate, meditationes in cælum dirigite, illustrium Sancto:um vitas cogitatione percurrite, in his vos speculis contemplantini, his noctu & interdiu euoluendis vacate, historias illorum decurrite, virtutes imitamini, illorumque exempla in omnibus passim sequamini.

Imprimis vero memineritis velim S. Bartholomæi, eius martyrium animo voluite, pellem eius semper oculis præsentem habete, eum excoriatum, dilaniatum, cruentum, & in cruce expirantem numquam non cogitate. Persarum Rex Cambyfes Iudici cui-dam iniquo pellem olim detrahi iussit, eademque fellam illam conuestiri, in qua ipse aliquando confidens æquitatem & iustitiam violasset, sed penam hanc eius flagitia & iniquitas promerebantur, vitaque probrosa mortem etiam probrosam exposcebat: at Bartholomæo nostro ob virtutum studium, ob Dei amorem, iustitiæ eiusdem zelum, vi-

Cambyfes quemdam iudicem decoriari iussit.

raque sanctimoniam exuuiæ ablata, atque hinc & mors illius gloriosa exstitit. Hanc ergo memoriæ multoties insculpite, hæc oculorum sit vestrorum obiectum, cogitationum materia & scopus, atque animi solatium. In prosperis eius intuemini modestiã, in aduersis constantiam, in tempore zelum inflammatissimum, in morosis procrastinationibus promptitudinem, in ingratitude vestra charitatem, in anxia nutatione animositatem, in pietatis frigore feruorem, in desperatione fidem & spem, in aduersitatibus denique vestris ipsius meditamini tolerantiam.

Tu autem Domine Deus, magne totius vniuersi prouisor, & œconome, supreme peccantium iudex, & summe Sanctorum tuorum remunerator ac merces, qui ab omni eos æternitate elegisti & prædestinasti, eos deinde in terra educasti, & omnigena virtute & mirabilibus sustulisti, iuxta id Prophetæ tui vaticinium, *Mirabilis Deus in sanctis suis*: quos cum deinde in cælum euereris; sicut eos gloria in paradiso cœlesti donas, ita & ab vniuersa Ecclesia tua coli eisdem & honorari iubes. Tu nobis eos velut generosos bellatores & pugiles proponis, eorum vt æmulemur generositatem & præclate gesta, vt illustres Magistros & Doctores, eorum vt doctrina nobis prostr, vt fidos ductores & directores, quo in gressibus & vijs nostris eos sequamur, vt peritos & intrepidus naucleros, illorum vt educa in mundi huius oceano, sine iacturæ & naufragij discrimine, vitæ nostræ cymbam moderemur, denique vt insignium virtutum & quidem omnium exempla & normas, vt saltem aliquas ab ipsdem discamus.

Gratiam igitur nobis præsta benignissime animarum nostrarum Redemptor, eos vt imitari valeamus, illorum sectemur vestigia, bonos illorum mores discamus, ad ipsorum exemplum vitam moderemur, & studia, contentiones, molimina, ac desideria nostra ad illorum, quæ quidem ad eo perfecta fuere, conformemus: verum imprimis da, vt Apostoli Bartholomæi sanctitatem æmulemur, ac tui super omnia creata amorem, pœnarum, tormen-

torum-

torumque contemptum, tentationum victoriam, & in aduersis patientiam ab eodem discamus: da, vt eius exemplo & imitatione, veterem hunc hominem & prauarum consuetudinum exuias exuamus, pellem item affectus & amoris erga bona temporalia, & rerum secularium concupiscentia: quin etiam eam, qua in humeris & toto corpore conuestiti sumus, si vel cum vita periculo, quod tibi debemus obsequij ac fidelitatis testandae occasio praesentetur, vt tui causa omnibus rebus mundanis relictis, in altero aeternam beatitudinem, vt operis mercedem accipere mereamur. eam nobis Pater increatus, & Filius vnigena, & ab vtroque procedens Spiritus, vnus in Trinitate Deus, donare dignentur, Amen.

IN FESTO DECOLLATIONIS S. JOANNIS BAPTISTAE.

Partitio.

1. De mulierum feritate.
2. De dictis illis S. Ioannis: Non licet tibi.
3. De Herodiadis malitia.
4. De S. Ioannis Baptistae prerogatiua.
5. De Herodis crudelitate.
6. De S. Ioannis sapientia & magnitudine.

Misit Herodes Rex, & tenuit Ioannem, &c. Matth. 14.

FIGURA

Paral. 20. Summus Sacerdos Azarias, zelo Dei viuens, eiusque honoris flagrantissimus in Paralipomenon libris mirificis in eorum laudibus extollitur, quod insigni & infracta quadam mentis constantia sacrilegis & profanis Ozia regis Sacerdotij dignitatem & munus, magno Dei eiusque templi honoris contemptu, temere sibi arrogantis, moliminius ausus fuerit resistere. Sed videmus hic alium, non minori zelo arden-

tem Dei seruum, & Zachariae magni filium, qui non minori celebratur praeconio, quod animose sectam Regi opposuerit Herodi, eiusque incestas cum fratre vxore nuptias, quae in diuinorum mandatorum contemptum, Sacramentorum Ecclesiasticorum & praesertim matrimonij violationem, & insigne proximi scandalum cedebant, heroica generositate coarguerit. Joannem Baptistam intelligo, qui quod veritatem tueretur, impietati resisteret, honoris diuini zelo arderet, & enormia scelera reprehenderet, caput simul & vitam perdidit. Vt latius de tam egregia materia agamus, caelestem inuocemus opem, idque intercessione sacratissima Virginis, quam idcirco Angelica salutatione impertiamur dicentes,

Ave MARIA.

Sapientum omnium Princeps Salomon I. suis in libris passim, & nominatim in Ecclesiastico de mulieris nequam moribus, narra- Nihil similia ra, & indole tractans, paucis & tribus prope le malitiae verbis complexus est, quod multis alij forte malieris libris & tractatibus dilatassent, Breuis, inquit, omnis malitia super malitiam mulieris. perinde ac si dicerent: Nulla vsquam in mundo malitia reperietur, quae cum muliebri sit conferenda. Vnde etiam Menander Comicus Graecus:

Ονηριος ο παντων αγγελος καεν γυναι. Feris omnibus aegrestior mala mulier. Menander & alio loco:

Ιωαν λεγειν ηδη γυναικες αιδουσι. Eurip. in Phoenic. Par est Ioana & mulieris crudelitas.

Ad eundem sensum alius Poeta, & is tragicus, Euripides inquam, mulierum malignitatem describens satis atrociter loquitur:

Cum multa in terra marique fera sint, Focmina belluas feritate superat. Omnium maxime mulier fera est. Mulier enim esset atissimum malum est. Vbi mulieres, ibi omnia mala sunt.

Joannes Chrysostomus haec latius deducit, & pro sua eloquentia inductione hoc probat, Nulla, inquit, bestia in hoc mundo similis est mihi ista mala: quid leone inter quadrupedia sanius?